

eum centrum epi. in punctis M & O existit. Cum enim in M. locus solis in eccen. I. linea veri motus solis D I S. Sed linea veri motus epi. D M V, Ita sol longius abest apogio, quam centrum epicycli. Sed cum centrum epi. in O, locus sol est L. linea veri motus D L S. sed veri loci epi. D O V. Quando denique centrum epi. in N. quæ est communis interiecto eccentricorum deferentis & æquantis, sol in eccentrico versatur in puncto K. In hoc loco sub eodem puncto zodiaci versantur corpus solis & centrum epi. Veneris, ac nullum prorsus est discrimen. Sicut autem hic variant nonnihil æquationes Solis & Veneris, Ita etiam propter eandem causam variant in alijs item planetis æquationes centri ab illis centri æquationibus, quæ futuræ erant, si eccentrici æquantes simul forent de-
 latores suorum epicy-
 clorum.

De quare vide ipsum Ptolemæum
 libro 11. circa finem;

DE MERCVRIO

Prima